Universitätsbibliothek Paderborn

Ephemerologivm Ecclesiastio-Rubricisticum Novum

Halden, Johann Baptist

Brixinæ, 1717

§. VI. De Occurrentia, & Concurrentia tum dierum infra Octavam, tum etiam ipsarum dierum Octavarum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39937

Visual Library

tit *Feſtum ſemiduplex* Commemorationem de *die infra Octavam non privilegiatam* occurrente, item de *quacunque Feria majore*, præterea de *Vigilia*, ac denique de *Feſto ſimplici*, ſi die, quô fit de *Feſto ſemiduplici*, occurrat, uti conſtat ex ſuprà dictis de Occurrentia *Feſtorum ſemiduplicium* in hujuſmodi diebus: obſervanda tamen ſimul erunt ea reſpectivè, quæ quoad *Miſſas Conventuales* præcipit Rubrica General. 3. *Miſſ.* n. 1. & 2.

§. VI.

De Occurrentia, & Concurrentia tum dierum infra Octavam, tum etiam ipſarum dierum Octavarum.

Quid ſit obſervandum, & quomodo ordinandum ſit Officium, & Miſſa, ſi eodem die, quô occurrit *dies infra Octavam*, aut ipſa *dies Octava*, occurrat ſimul *quodcunque Feſtum*, ſeu *novem*, ſeu *trium Lectionum*, aut *dies Octava*, vel *dies infra Octavam* alterius Feſti, vel denique *Feria major*, vel *Vigilia*, non modò fusè & accuratè declaratum invenies, ſuprà Tit: 4. *De Octavis Feſtorum*, ſed etiam ex dictis, & dicendis hoc Titulo facilè licebit colligere.

Idem eſt de Concurrentia tam *dierum infra Octavam*, quam etiam ipſarum *dierum Octavarum* in 1. & 2. Veſperis cum *Officijs aliorum dierum*, ac *Feſtorum*; quæ pariter Titulô eôdem ſatis ſupérque explanata reperies; ſed & ex ijs, quæ hôc Titulô Paragraphis quinque præcedentibus hucuſque dicta ſunt, ac porrò in quatuor mox ſequentibus §. §. dicentur, utcunque ſufficienter colligi poterunt. Sit igitur